11. *Et sacelli pondera dolosa?* On portait sur soi dans un sac, les pierres dont on se servait pour peser l'argent, qui alors n'était pas monnoyé. Ces pierres n'avaient pas leur poids et on ne donnait pas au vendeur le prix convenu.

7. *Numquid placari potest?* Responsio est prophetæ; quasi dicat : Minime, non placabitur Deus externis hisce ceremoniis, nec sacrificiis; nec volent sibi filios aut filias offerri in holocaustum, ut superstiosæ faciebant idololatræ. Moloch infando hoc sacrificii genere colentes.

8. *Facere iudicium.* Te ipsum condemnando ut peccatorem, et humiliter pro peccato satisfaciendo. Vel facere iudicium est nullius jus violare. — *Diligere misericordiam.* In proximos, et illam promptè exercere. — *Ambulare cum Deo.* Coram Deo conversari, ei obediendo et placendo. Chald., *ambulare in timore Dei*, sollicitè cavendo ne quid contra illius legem et voluntatem peccetur.

9. *Vox Domini.* Quia longissime ab his tribus enumeratis aberant, iterum redit ad eorum reprehensionem. — *Ad civitatem.* Jerusalem. — *Salus erit timentibus nomen tuum.* Atque illi salvabuntur qui Deum timentes ea fecerint quæ Deus docet, clamando per prophetas. — *Nomen tuum.* Id est, ipsum. — *Et quis approbavit illud?* Scio fore paucos qui probent et effectum dent quod ego dicam, et Dei nomine vociferabor.

10. *Ignis in domo impii.* Post tot monita et increpationes prophetarum, adhuc impii retinent aliena bona inique parta; sed illis convertentur in ignem, qui domos eorum populentur et absumat. Sic D. Jacob in sua epist. 5, 3. — *Aurum, inquit, et argentum vestrum argunavit : et ærugo eorum in testimonium vobis erit, et manducabit carnes vestras sicut ignis.* — *Mensura minor iræ plena.* Quantum detrahunt mensuris, quas dolose minores faciunt, tantum eis addetur iræ divine, ut impleantur.

11. *Justificabo.* Putas mihi placere fraudes in mensuris et ponderibus quas damnavi lege mea? Deut., 25, 13 legitur : — *Non habebis in sacco diversa pondera, majus, et minus.* — *Sacelli.* Sacculi, in quo pondera servabantur.

12. *In quibus.* Quorum iniquorum ponderum usu. Pagnin. et Vatabl. vertunt, *cujus* (scilicet civitatis), *divites repleti sunt iniquitate.* Itaque vox *cujus* referenda est ad illud versiculi 9, *ad civitatem, etc.*, vel ad illud, *audite, tribus.* — *Repleti sunt iniquitate.* Non tam divites quam scelere et iniquitate repleti sunt. Vel per iniquitatem intelligit inique partas opes. — *Habitantes in ea.* Civitate. — *Loquebantur mendacium.* Asserentes merces esse in corruptas et sinceræ et pondus justum.

13. *Cæpi percutere te.* Variis cladibus, et porro pergam, quia non respicis. Pagnin. et Vatabl. vertunt : *Ego quoque ægotare feci te, percutiendo et desolando te propter peccata tua.*

Haut? lui offrirai-je des holocaustes et des veaux d'un an?

7. L'apaiserai-je en lui sacrifiant mille bœliers, ou des milliers de boucs engraisés? Lui offrirai-je pour mon crime mon fils aîné, et pour mon péché, quelqu'autre de mes enfants?

8. O homme! je vous dirai ce que vous est utile, et ce que le Seigneur demande de vous : c'est que vous agissiez selon la justice, que vous aimiez la miséricorde, et que vous marchiez en la présence de votre Dieu avec une vigilance pleine d'une crainte respectueuse.

9. Le Seigneur parla à la ville avec une voix puissante : Celui qui craindra votre nom, ô mon Dieu! sera sauvé : écoutez-le, ô tribus; mais qui est-ce qui recevra avec soumission cette parole?

10. Les trésors de l'iniquité sont encore dans la maison de l'impie, comme un feu qui le consume, et la fausse mesure dont il se sert est pleine de la colère de Dieu.

11. Puis-je, dit le Seigneur, ne pas condamner la balance injuste et le poids trompeur.

12. C'est par ces moyens que les riches sont remplis d'iniquités : ses habitants usent de mensonge, et leur langue est dans la bouche comme un instrument de tromperie.

13. C'est donc pour cela, c'est pour punir vos péchés que j'ai commencé à vous frapper d'une plaie mortelle.

14. Vous mangerez, et vous ne serez point rassasiés; vous serez pénétrés de confusion; vous prendrez entre vos bras vos enfants, et vous ne les sauverez point : si vous en sauvez quelques-uns, je les livrerai encore au tranchant de l'épée.

15. Vous sèmerez et vous ne recueillerez point; vous presserez les olives, et vous ne vous servirez point de l'huile; vous foulerez les raisins, et vous n'en boirez point le vin.

16. Vous avez gardé avec soin les ordonnances d'Amri; vous avez imité en toutes choses la maison d'Achab, et vous avez marché sur leurs traces : c'est pourquoi je vous abandonnerai à votre perte; je rendrai vos habitants l'objet de la raillerie des hommes; et vous serez couvert de l'opprobre que mérite un peuple rebelle à son Dieu.

CHAPITRE VII.

Corruption générale des hommes. Miséricordes du Seigneur. Rétablissement de Jérusalem et de la maison de Jacob.

1. Malheur à moi, parce que je suis réduit à cueillir des raisins à la fin de l'automne, après la vendange, et je n'en trouve pas une grappe à manger! C'est en vain que j'ai désiré quelques-unes de ces figues, les premières mûres.

2. Je veux dire qu'on ne trouve plus de saints

14. Tu comedes, et non saturaberis. Après avoir exposé l'ingratitude et l'infidélité d'Israël, le Prophète passe aux châtiments qu'il mérite et qui fondront sur lui.

CAP. VII. — 1. *Væ mihi*. Dans le chapitre précédent, le Prophète a décrit les crimes qui déshonoraient le royaume des dix tribus, ici il parle des désordres qui ont miné le royaume de Juda sous ses derniers monarques.

2. *Periit sanctus de terra*. Le Psalmiste avait déjà dit : *Non est qui faciat bonum, non est usque ad unum* (Ps. XIII, 1). Dans un sens, ces paroles signifient qu'il y a si peu de saints, qu'on ne peut les démêler dans la multitude innombrable des méchants. Mais dans un sens plus étendu et plus élevé, cela signifie que dans tout l'univers, il n'y a pas un seul homme, soit juif, soit gentil, qui ne soit injuste et corrompu, si on le considère sans rapport avec Jésus-Christ (Cf. Rom., III, 10-18).

14. *Tu comedes, et non saturaberis*. Etiamsi multas vires divitiarum, non tamen convertentur in succum tuum. Italice diceremus : — *Mengierat, ma non ti fara pro*. Vel sensus est : in obsidione et captivitate ita parce comedes, ut non satureris. — *Humiliatio tua in medio tui*. Id est, in media terra affligeris ab hostibus. Vel causa harum calamitatum non est quod in hostes rejicias; tu peccatis tuis es causa tuæ humiliationsis. Aliqui vertunt : *depressio erit in medio tui*, ut sensus sit : venter tuus olim cibo tumidus et turgidus, præ fame et inanitate deprimetur, sequè contrahet et coarctabit. — *Apprehendes, et non salvabis*. Apprehendes uxorem tuam, et cum illa consuesces, sed foetum quem conceperit non salvabis, quia abortum faciet. Pagnin. vertit, *tanges uxorem tuam, et non servabis conceptum*. — *Et quos salvaveris*. Quod si vivum fuerit enixa, illum gladio hostium tradam, ut occidatur.

16. *Custodisti præcepta Amri*. Eos a quibus animo et voluntate dissidebas, impietatis et cultu idolorum imitatus es, scilicet Amri regem Israël, et ejus filium Achab, qui impietatis Jeroboam bellis quodammodo collapsæ restauratores fuisse videntur, III. Reg., 16. — *Opus domus Achab*. Quod erat idololatria, impietas, cædes prophetarum, expilatio civium, et alla scelera. — *Ambulasti in voluntatibus eorum*. Ea sequens quæ illi volebant, LXX. *consiliiis*. Complut. *voluptatibus*; illa sectans et amplectens quæ illis erant cordi. — *Ut darem te in perditionem*. Particula *ut* non intantum finem significat, sed id quod sequitur. Quasi dicat : Inde consequetur, o Jerusalem, ut disperdam te. — *Habitantes in ea*. In te. Est enallage personæ. — *In sibilum*. Sibilus popularem irrisorem et insultationem in miseris indicat. Sic Thren., 2, 15 : — *Sibilaverunt, et moverunt caput*. — *Opprobrium populi mei portabitis*. Vos execrabuntur omnes tanquam cladum omnium, quas respública passa est, auctores et originem principum.

CAP. VII. — 1. *Væ mihi! Heu mihi! Vox est gementis prophete, non minantis*. — *Racemos vindemiæ*. Post vindemiam. — *Non est botrus*. Nec invenio quidem. Neminem invenio qui ex meis concionibus profecerit, et meis monitionibus se abduxerit a scelere. — *Præcoquas ficus desideravit anima mea*. Optavi hoc meo ævo aliquot viros veteribus illis patribus virtute pares, aut similes, qui prima ætate maturescentes, Deo et hominibus grati fuerunt. Sic Osee, 9, 10 habemus : — *Quasi prima poma ficulneæ ejus in cacumine patres eorum*. Vel sensus est : quæsi ficus quæ maturescerent, nec inveni, cum tamen jam dudum maturæ esse debuissent, post tot monita prophetarum et labores meos.

2. *Periit sanctus*. Vix quisquam bonus, et integer moribus et religione reperitur. — *Sanctus*. Chald., *misericors*. LXX, *religiosus*, seu *pius*. — *Rectus*. Verax et sincerus. — *In sanguine insidiantur*. Sanguini et vitæ proximi. — *Vir*. Unusquisque. — *Venatur*. Per insidias, et sollicite quærit ad mortem.

14. Tu comedes, et non saturaberis; et humiliatio tua in medio tui; et apprehendes, et non salvabis, et quos salvaveris, in gladium dabo.

15. a Tu seminabis, et non metes; tu calcabis olivam, et non ungeris oleo; et mustum et non bibes vinum. [a Deut. 28. 38. Agg. 1. 6.]

16. Et custodisti præcepta-Amri, et omne opus domus Achab, et ambulasti in voluntatibus eorum, ut darem te in perditionem, et habitantes in ea in sibilum; et opprobrium populi mei portabitis.

1. *Væ mihi*, quia factus sum sicut qui colligit in autumnum racemos vindemiæ; non est botrus ad comedendum, præcoquas ficus desideravit anima mea.

2. Periit sanctus de terra, et rectus

in hominibus non est; omnes in sanguine insidiantur, vir fratrem suum ad mortem venatur.

3. Malum manuum suarum dicunt bonum; princeps postulat, et judex in reddendo est; et magnus locutus est desiderium animæ suæ, et conturbaverunt eam.

4. Qui optimus in eis est, quasi paliurus; et qui rectus, quasi spina de sepe. Dies speculationis tuæ, visitatio tua venit; nunc erit vastitas eorum.

5. Nolite credere amico; et nolite confidere in duce; ab ea quæ dormit in sinu tuo, custodi claustra oris tui.

6. a Quia filius contumeliam facit patri, et filia consurgit adversus matrem suam, nurus adversus socrum suam : b et inimici hominis domestici ejus. [a Matth. 10. 21. || b Ibid. 10. 36.]

7. Ego autem ad Dominum aspiciam, expectabo Deum salvatorem meum; audiet me Deus meus.

8. Ne læteris, inimica mea, super me, quia cecidi; consurgam cum sederò in tenebris, Dominus lux mea est.

7. *Ego autem*. Dans ce verset et les trois suivants, le Prophète fait parler la nation juive.

8. *Ne læteris, inimica mea*. Cette ennemie, dans le sens immédiat, est Babylone, qui insultait aux Juifs de la captivité, comme si leur Dieu n'avait pu les sauver de ses mains. Dans un autre sens, dit Mézenguy, ce sont ceux d'entre les Gentils qui ayant été appelés au christianisme, sont devenus ingratis envers la miséricorde de Dieu, qui corrompent la pureté de la foi par le mélange de doctrines étrangères, qui sont pleins d'un orgueilleux mépris pour l'ancien peuple qu'ils croient abandonné sans ressource, et qui irritent Dieu par le dérèglement de leurs mœurs.

3. *Manuum suarum*. Quod scilicet operantur. — *Et judex in reddendo est*. Reddit et ad judicium potenti quod ille inique postulat. — *Conturbaverunt eam*. Republicam, vel veritatem, cui tenebras offendunt per calumnias.

4. *Quasi paliurus*. Paliurus genus quoddam est spinæ. Sententia est; similes sunt paliuris, pungentes, vulnerantes, cruentantes et adunco dente retinentes eos qui ad se accedunt. — *Quasi spina*. Est ejusdem sententiæ repetitio. — *Dies speculationis tuæ*. Aliqui vertunt, *dies speculorum tuorum, visitationisque tuæ venit*. Sententia est; brevi tempore aderit quo falsi tui speculatores, id est, pseudoprophete prædixerunt tibi omnia felicia, sed falso; nam ille dies erit visitationis, et punitionis, et captivitatis per Chaldæos. — *Nunc*. Id est, cito. — *Vastitas eorum*. Vastitas, desolatio et captivitas tua.

5. *Nolite credere amico*. Tantæ erunt vobis angustia, cum obsidebitur a Chaldæis, ut inter maxime conjunctos nulla futura sit fides; omnes enim sibi consulere studebunt, ut famem, pestem, gladium et alia mala effugiant, etiam maxime propinuos et charos deserendo, vel etiam prodendo. — *In duce*. Pagninus vertit, *in marito*. Vatablus, *in fratre majore natu*. In hebræo est, *aluph*, quæ vox principem, duces, dominum aut magnum significat, quales sunt mariti respectu uxorum, fratres natu grandiores respectu minorum. Eodem sensu maritus qui aliquam virginem duxit, dicitur *dux virginitalis illius*, Jerem., 3, 4. — *Ea, quæ dormit*. Scilicet ab uxore.

6. *Quia filius contumeliam facit patri*. Quia in tanta fame et angustia, filius contumeliam inferet patri, ut cum eo litiget aut pugnet pro pane, eumque illi eripiat. — *Inimici hominis domestici ejus*. Scilicet erunt, quia pro pane, aut aliis rebus hujusmodi pugnant inter se ut inimici.

7. *Ego autem ad Dominum aspiciam*. In tantis malis salubre dat consilium æque ac exemplum; quasi dicat : In tanta calamitate et perfidia, ego et alii qui sapiunt, non ad parentes aut propinuos, sed ad Deum nos convertemus, illum orabimus, et quamvis minari videatur, semper tamen illius opem magnam et constanti spe expectabimus. — *Deum salvatorem meum*. Deum qui me audiet et liberabit ab ærumnis, et Christum Dominum, quem mittet ad salutem mundi.

8. *Inimica mea*. Babylon, vel potius Idumæa, quæ malis meis gaudere soles, ne læteris meo excidio et captivitate; nam licet ceciderim, aut casura sim, tamen post septuaginta annos rursus Deus per Cyrum me eriget et restaurabit. — *Cum sederò in tenebris*. In tenebroso carcere Babylónico. — *Dominus lux mea est*. Dominus me illuminabit; Dominus me luci restituet prosperi et florentis status.

sur la terre : il n'y a personne qui ait le cœur droit : tous tendent des pièges pour verser le sang : le frère cherche la mort de son frère.

3. Ils appellent bien le mal qu'ils font : le prince exige des choses injustes; le juge, est disposé à vendre la justice; un grand fait éclater dans ses paroles la passion de son cœur; et ceux qui l'approchent, la fortifient.

4. Le meilleur d'entre eux est comme une ronce, et le plus juste est comme l'épine d'une haie. Mais voici le jour qu'ont vu les prophètes : voici le temps où Dieu vous visitera, vous allez être détruits.

5. Ne vous fiez point à votre ami; ne vous reposez point sur celui qui vous gouverne : tenez fermée la porte de votre bouche, et ne vous ouvrez pas à celle-là même qui dort auprès de vous.

6. Car le fils traite son père avec outrage, la fille s'élève contre sa mère, la belle-fille s'élève contre sa belle-mère, et l'homme a pour ennemis ceux de sa propre maison.

7. Mais pour moi, je jeterai les yeux sur le Seigneur; j'attendrai Dieu mon sauveur, et mon Dieu écoutera ma voix.

8. Mon ennemie, ne vous réjouissez point de ce que je suis tombée; je me relèverai après que je me serai assise dans les ténèbres; car le Seigneur est ma lumière.

9. Je porterai le poids de la colère du Seigneur, parce que j'ai péché contre lui; mais ce ne sera que jusqu'à ce qu'il juge ma cause, et qu'il se déclare pour moi; alors il me fera passer à la lumière; je contemplerai sa justice.

10. Alors mon ennemie me verra comblée de gloire; et elle sera couverte de confusion, elle qui me dit maintenant: Où est le Seigneur votre Dieu? Mes yeux la verront lorsqu'elle sera foulée aux pieds, comme la boue qui est dans les rues.

11. En ce jour-là, vos mesures seront changées en des bâtiments: en ce jour-là vous serez affranchi de la loi.

12. En ce jour-là on viendra de l'Assyrie jusqu'à vous, et jusqu'à vos villes fortes, et de vos villes fortes jusqu'au fleuve, depuis une mer jusqu'à l'autre mer, et depuis les montagnes jusqu'aux montagnes.

13. Et la terre sera désolée, à cause de la malice de ses habitants, et pour les punir de leurs desseins criminels.

14. O Seigneur! passez avec votre verge votre peuple, le troupeau de votre héritage: il se trouve désolé, comme ceux qui habitent seuls dans une forêt. Menez-le paître au milieu du Carmel. Les troupeaux iront paître en Basan et en Galaad, comme ils y allaient autrefois.

10. *Nunc erit in conculcationem.* Babylone prise et saccagée d'abord par les Perses, a été entièrement ruinée dans la suite des siècles. Ceux des Gentils dont nous avons parlé (noté préc.), tomberont dans le mépris et seront rejetés de Dieu, en punition de leur orgueil, tandis que la postérité de Jacob entrera en foule et prendra place dans l'Eglise de Jésus-Christ.

14. *Pascentur Basan.* C'est la réponse du Seigneur. On ne peut peindre en termes plus merveilleux, ce rétablissement de Jérusalem et du peuple de Dieu. Les expressions en sont trop magnifiques et trop fortes pour qu'on ne voie pas dans cet événement, l'image du rappel futur de la nation juive à la foi de ses pères.

9. *Iram Domini portabo.* Nunc patiar æquo animo hoc Dei supplicium quod commerui. — *Donec causam meam judicet.* Hebr. *donec increpet increpationem meam,* id est, donec causam meam cognoscat, et eos increpet puniendo, qui in me saevierunt; licet enim Deo pœnas deberem, barbaræ tamen gentes contra jus et fas me vexarunt. — *Faciat judicium meum.* Injuriarum meam ulciscatur. — *Educat me in lucem.* Prospero et felici statui restituens, et e Babilonico carcere educens. — *Videbo justitiam ejus.* Justam scilicet vindictam qua par pari reddet Chaldeis, dum eos vastabit per Cyrum, sicut nos ipsi vastarunt; Idumæis etiam, dum eos per Chaldeos puniet deinde per Machabæos. Vide Machab., lib. 1, c. 5, n. 3.

10. *Inimica mea.* Hostilis Babylon, et invida Idumæa. — *Operietur confusione.* Ob clades quas ignominiose accipiet, videns se immerito mihi insultasse, quasi a Deo essem destituta. — *Ubi est Dominus Deus tuus? Quem defensorem tuum jactabas; eripiat nunc te ab hoc excidio et captivitate.* — *Oculi mei videbunt in eam.* Ego in alto Sionis et felicitatis culmine constituta, despiciam Idumæam humi jacentem, afflictam et pene examinam, dicamque: Nunc conculcabitur ut lutum platearum, quæ me olim contempsit, irrisit et afflixit.

11. *Dies, ut ædificentur maceræ tuæ.* O Israël, Dei jam adierit tempus, quo maceræ tuæ ædificentur. Hoc est quod dicit Amos. 9, 11: *In die illa suscitabo tabernaculum David quod cecidit, etc.* — *Longe fiet lex.* Hoc est, jussio imperiosa, ut vertit Theodot. et Symmachus, Chaldæorum scilicet, qui tibi tyrannice imperabant.

12. *In die illa.* Libertatis, reditus e Babylone, et restorationis Jerusalem. — *Usque ad te veniet de Assur.* Non tantum liberaberis ab hoste, sed etiam captivi tui sparsi per Assyriam, Mediâ, Persidem, etc., inde ad te redibunt, et ad alias tuas munitas civitates Juda; quin, et ex his se spargent usque ad flumen. — *Usque ad flumen.* Euphraten, qui fuit limes terræ sanctæ a Deo statutus, Josue, c. 1, n. 4. — *Ad mare de mari.* A mari Galilææ, quod est ad orientem, usque ad mare Mediterraneum, quod est terræ sanctæ ad occidentem. — *Ad montem de monte.* A monte Libano, qui terminus est Judææ ad septentrionem, usque ad montem Idumææ, qui ejusdem terminus est ad meridiem.

13. *Et terra.* Inimica et hostilis Chaldæorum. — *Propter habitatores suos.* Propter impios Chaldæos qui populum Dei fidelem et piûm afflixerunt. — *Et propter fructum cogitationum eorum.* Propter perversa eorum opera; hæc enim sunt fructus pravæ machinationum; quasi dicat: Babylone ob tyrannidem et scelera sua vastabitur.

14. *Pasce populum tuum.* Verba sunt prophete pro populo suo orantis; quasi dicat: Domine, memento populi tui, qui est grex tuus et hæreditas tua. — *Habitantes solos in saltu.* Destitutos aliarum nationum auxilio, et quodammodo ferarum violentiæ expositos. — *In medio Carmeli.* Pasce eos in lætis pascuis Carmeli, ut scilicet omni bonorum genere abundant. — *Pascentur.* Judæi, cum eos e Babylone reduxeris in Judæam. — *Basan et Galaad.* Qui sunt montes pingues et pecore abundantes; quasi dicat: Sicut oves in Basan et Galaad pascentur et pinguescunt, sic et Judæi ibidem iisdem ovibus omnique rerum copia pascentur a Deo. — *Juxta dies antiquos.* Sicut olim sub David aut Salomone.

9. Iram Domini portabo, quoniam peccavi ei, donec causam meam judicet, et faciat judicium meum; educet me in lucem, videbo justitiam ejus.

10. Et aspiciet inimica mea, et operietur confusione, quæ dicit ad me: Ubi est Dominus Deus tuus? Oculi mei videbunt in eam; nunc erit in conculcationem ut lutum platearum.

11. Dies, ut ædificentur maceræ tuæ, in die illa longe fiet lex.

12. In die illa et usque ad te veniet de Assur, et usque a civitates munitas; et a civitatibus munitis usque ad flumen, et ad mare de mari, et ad montem de monte.

13. Et terra erit in desolationem propter habitatores suos, et propter fructum cogitationum eorum.

14. Pasce populum tuum in virga tua, gregem hæreditatis tuæ, habitantes solos in saltu, in medio Carmeli; pascentur Basan et Galaad juxta dies antiquos.

15. Secundum dies egressionis tuæ de terra Ægypti ostendam ei mirabilia.

16. Videbunt gentes, et confundentur super omni fortitudine sua; ponent manum super os, aures eorum surdæ erunt.

17. Lingent pulverem sicut serpentes, velut reptilia terræ perturbabuntur in ædibus suis; Dominum Deum nostrum formidabunt, et timebunt te.

18. *a* Quis Deus similis tui, qui auferis iniquitatem, et transis peccatum reliquiarum hæreditatis tuæ? non immittet ultra furorem suum, quoniam volens misericordiam est. [a Jerem. 40 6. Act. 10. 43.]

19. Revertetur, et miserebitur nostri; deponet iniquitates nostras, et projiciet in profundum maris omnia peccata nostra.

20. Dabis veritatem Jacob, misericordiam Abraham; quæ jurasti patribus nostris a diebus antiquis.

15. Je ferai voir des merveilles à mon peuple, comme lorsque je vous tirai de l'Égypte.

16. Les nations les verront, et elles seront confondues avec toute leur puissance: les peuples mettront leur main sur leur bouche, et leurs oreilles deviendront sourdes.

17. Ils mangeront la poussière comme les serpents; ils seront épouvantés, et se cacheront dans leurs maisons, comme les bêtes qui rampent sur la terre; ils trembleront devant le Seigneur notre Dieu, et ils vous craindront.

18. O Dieu! qui est semblable à vous, qui effacez l'iniquité, et qui oubliez les péchés du reste de votre héritage? Le Seigneur ne répandra plus sa fureur contre les siens, parce qu'il se plaît à faire miséricorde.

19. Il aura encore compassion de nous; il détruira nos iniquités, et il jettera tous nos péchés au fond de la mer.

20. O Seigneur! vous accomplirez votre parole sur Jacob; vous ferez miséricorde à la postérité d'Abraham, selon que vous l'avez promis avec serment à nos pères, depuis tant de siècles.

18. *Reliquiarum hereditatis tuæ.* Il est nécessaire, dit Mézenguy, de distinguer les deux différents sens, selon lesquels les Prophètes parlent des restes du peuple Juif qui seront sauvés: 1° selon Isaië (X, 22), cité par saint Paul (Rom., IX, 27), ces restes sont le petit nombre des Juifs qui crurent à la prédication des Apôtres. Car, quoiqu'il y en eût plusieurs milliers (Act., XXI, 20), néanmoins, en comparaison du corps de la nation qui fut réprouvée pour son incrédulité, ce n'étaient que comme quelques olives qui restent sur un olivier qu'on a secoué; ou comme quelques grappes de raisin qui demeurent après la vendange (Is., XXIV, 13). 2° Les restes de l'héritage du Seigneur, ceux dont il effacera les iniquités, en vertu des promesses faites à Abraham et aux Patriarches, sont les Juifs dispersés dans toute la terre. C'est en effet ce qui reste de ce peuple innombrable, que Dieu a frappé de malédiction et qu'il aurait détruit, comme Sodome et Gomorrhe, s'il n'en avait réservé une partie, pour répandre un jour sur ces restes de son héritage, la miséricorde qu'il leur destinait.

15. *Secundum dies egressionis.* Edam coram eis mirabilia opera, et ostendam me illis populum, sicut cum eduxi populum tuum ex Ægypto.

16. *Confundentur super omni fortitudine sua.* Quia per eam non poterunt nocere Hebræis, nec postea vincere Christianos. -- *Ponent manum super os.* Præ confusione, consternatione et admiratione tantorum mirabilium, obmutescunt et obstupescunt, ut mutire non audeant. -- *Aures eorum surdæ erunt.* Vel quia attoniti quid dicatur non audient, vel quia invidi aures obstruent ne audiant.

17. *Lingent pulverem.* Pavidi ac tremantes in terram precipitent in signum reverentiæ, et conversi etiam ad fidem verum Deum adorabunt. Sic David de Christo dixit, Psal. 71, 9: *Coram illo precipitent Æthiopes, et inimici ejus terram lingent;* et Isa., 49, 23, *Vultu in terram demisso adorabunt te, et pulverem pedum tuorum lingent.* -- *Perturbabuntur.* Timebunt, commovebuntur horrore quodam admirationis et reverentiæ. Formidabunt vos ut serpentes formidant homines, quibus visis in sua antra et cavernas se abdunt. -- *In ædibus suis.* Vatablus vertit, *in clausuris suis,* id est, in clausis, septis et munitis civitatibus suis. -- *Timebunt te.* O Deus. Vel te, o Israel Dei.

18. *Transis.* Præteris, dissimulas, condonas. LXX, *transcendis.* -- *Reliquiarum hereditatis tuæ.* Populi e captivitate relicti. -- *Non immittet ultra furorem suum.* Qualem immisit per Chaldæos, nimirum nisi Judæi ad sua scelera redierint. Vel semper miserebitur Ecclesiæ, et benefaciet ei, nec eam relinquet ut synagogam.

19. *Deponet iniquitates nostras.* LXX, *demergit iniquitates nostras.* In hebræo est, *jichbos,* id est, *subjiciet,* ut vertit Vatablus, sub pedibus ponet, conculcabit.

20. *Dabis veritatem Jacob.* Vere et fideliter implebis in Jacobo, id est, in Jacobi posteris Judæis, ea quæ misericorditer Abrahæ, Jacobo, aliisque patribus promisisti; nimirum de cura et protectione populi, ac presertim de mittendo Christo Salvatore.